

non pœna, sed pœmio digni sunt. Et Antonius in summa de legibus in quibus Ius Canonicum & Ciuile discrepant, hoc idem allegat, ex quo videtur, quòd concedunt leges pro conseruatione frugum & iumentorum, & in omnem euentum posse certos homines talia practicantes non solum tollerare, sed & pœmiare. Erit ergo Ecclesiastici Iudicis eis aduertere, si tantummodò iuxta mentem legis contra grandines, & aëris temperiẽ modis congruis, vt inferius patebit, aut etiam quibusdam superstitionis procedit, & tunc dum inde nullum sequitur fidei scandalum etiam tollerare, sed reuera hoc non erit iuxta tertium, sed quartum modum & quintũ, de quo consequenter tractandũ erit Ecclesiasticis & licitis remedijs, inserendo interdum de superstitionis ad quartũ modum pertinentibus, & hoc per capitula sequentia.

REMEDIVM ECCLESIASTICVM

contra incubos & succubos Dæmones,

CAPIT. I.



*V*a verò in pœcedentibus capitulis prima questionis super modos maleficandi homines, iumenta & terræ fruges tractata sunt ante omnia ea, quæ ipsæ Maleficæ erga proprias personas practicant, qualiter videlicet innoxias iuenculas in augmentum suæ perfidiæ alliciunt, qualis etiam modus sit profitendi earũ, & omagij pœstandi, qualiter etiam infantes proprios aut alienos Dæmonibus offerunt, & quò localiter transferantur. Hæc inquam & similia remediare quia non est possibile, nisi vt per suos Iudices de medio tollantur, aut ad minus in exemplum oĩm futurorum puniantur,

antur, ideò de huiusmodi remedijs nõ ad præsens, sed in
ultima parte operis, vbi viginti modo procedendi & sen-
tentiandi contra super Maleficarũ personas deducẽtur,
tractabitur. Ad præsens tantũ super remedia cõtra ea-
rũ maleficiales effectus tendere oportet, & primò, quali-
ter hoies maleficiati remediuntur, demũm qualiter be-
stia, & vltimò qualiter fruges terræ conseruantur. De
hoibus verò maleficiatis quò ad incubos Dæmones vel
succubos, quia sunt in triplici genere, sed earum quæ se
voluntariè Dæmonibus incubis subiiciunt, vt sunt Ma-
lesica, quia de succubis quò ad viros non ita voluntariè
præctatio reperitur, cũ ex naturali vigore rationis,
quo viri mulierib. præminent, talia plus abhorrent, est
& eorum qui à Maleficis cũ incubis aut succubis contra
eorum voluntatem inuoluuntur, & est tertium genus
ad hoc præcipuè virginum quarundã, quæ contra earum
omni nõ voluntatẽ ab incubis Dæmonibus molestantur,
de quibus ẽt sæpè præsumitur, quòd à Maleficis sic ma-
lesicantur, puta quia Dæmones ad instantiam Malefi-
carũ sicut sæpissimè alias infirmitates immittere solẽt,
ita & incubos illis personis se facere habent, vt vel sic
eos ad suã perfidiam allicere valeant, demus exẽpla. Est
in ciuitate Confluentiæ pauper quidã sic maleficiatus,
quòd in præsentia vxoris oẽm actum Venereum, prout
viri cum mulieribus agere solent, etiam repetitis vicib.
per se exercet, nec ab illis ad instantiam & eiulatũ mu-
lieris auerti põt, quia vno aut tribus actibus expletis,
verba replicat: volumus iterũ de nouo inchoare, cũ tñ
nulla persona corporali visu cernatur ei succũbere, fit q̃
vt post diutinas huiusmodi vexationes pauper ille col-

374 *Remed. contra incub. & succubos,*

lisus in terram omnibus virib. destituitur, & dum post aliquarum virium recuperationem interrogatur, quō & qualiter ista sibi contingant, & anē personā succubantē habuerit? Respondere solet, se nihil videre, se dīta mente captiuatum, vt omninō abstinere non valeat, & quidem super hoc maleficiū mulier quaedam plurimum habetur suspecta quod ei intulerit, eō q̄ illi pauperi minata fuerit per verba contumeliosa, quōd ipsum propter displicentiam sibi factam expedire vellet, sed leges & executores iustitiæ non adsunt, qui saltem super diffamiam & grauem suspicionem, in vindictam tanti criminis procederent, putātes neminem debere condēnari, nisi quī cōfessione propria, aut trium testiū productione legitima conuincatur, quasi iudicia facti, aut euidentia super graues aut violentas suspensiones nullas mereātur pēnas, de quibus tñ modis sentētiā di inferius, vt p̄missum est, patebit. De secundo verō genere, quo puella ab incubis Dæmonibus molestantur, et nostris temporibus referre nimis longum foret, cūm historia certā de similibus existunt refertā. Sed cum quāta difficultate talia remediare possint, patere pōt ex ijs quæ Tho. Brabantinus circa finem operis sui de apibus, de quadam in hunc modum refert. Vidi, inquit, & ex confessione audiui virginem quādam in religioso habitu, quæ primō dixit, se nunquam in concubitu consensisse, per hoc tamen dat intelligere se cognitā fuisse, at ego non credens artui eam rationibus & duris cōminationibus, sub periculo animæ suæ, tandem cum lacrymis confessa est, se prius corruptā mente q̄ corpore, & cūm postea doleret quasi ad mortem, confiteretur omni die cum lacrymis,

non

non potuit tamē ingenio, studio, vel arte ab incubo Dæmone liberari, nec signo crucis, nec aqua benedicta, quæ tamen specialiter ad fugandos Dæmones ordinatur, nec etiam sacramento Christi corporis, ipsis quoque Angelis terrifico, donec post plures annos oratione & ieiunio piæ Lucardis fugaretur. Et est credibile (saluo meliori iudicio) quòd postquam de peccato suo dolens confitebatur, potius ei concubitus Dæmonis pœna culpæ quàm culpa fuit. Hæc etiam cùm in vigilia Pentecosten quareretur apud Christinam in vale Ducissæ Brabantie, monialem deuotam quæ mihi hoc retulit, quòd non auderet communicare propter Dæmonis importunam vexationem, compatiens dixit ei Christina: Vade, quiesce securo, communicatura cras Dominico corpori, in me enim recipiam pœnam tuam. Recedens illa gaudens dormit in pace, ad orationem de nocte, surgit manè cum omni tranquillitate, sacramenta suscepit. Christina autem susceptam in se pœnam non pòderans, vespere quieti se dans, audit in statu suo quasi procellam commouentem se, & inquietius agitantem, nec suspicans Dæmonem, arrepto colo fugare nititur quicquid esset, decumbit iterum, sed pauida vexata surrexit, & hoc pluries tandem sensit. & vidit euersis ferè straminibus, quòd Dæmonis nequitia vexaretur, Dimisso ergo lecto noctem ducit insomnem, & orare volens Dæmonis cruciabatur insultu, & vt dixit, nunquam talia passa fuerat. Vnde prædictæ mulieri manè, Renuncio, inquit, renuncio pœnæ tuæ, vix sine vitæ discrimine, violentiam tentatoris pessimi quasi. Qua ex re perpenditur, difficilè esse huiusmodi remediare, siue maleficio, siue

376. Remed. contra incub. & succubos,

absq; eo contingat. Sunt tamen adhuc aliqua, per qua
fortassis ipsi Dæmones fugantur, de quibus & Nider in
suo formicario. Licet enim, vt ibi fertur, quinq; modis
valeant puella & viri liberari, videlicet per sacramen-
talem confessionem, & sanctam exercitationem in cru-
cis cõsignatione, vel Angelica salutatione, tertio per ex-
orcismorum applicationem, quarto per certi loci muta-
tionem, & per cautam sanctorum excommunicationẽ,
& ex præmissis patuit, quòd prima duo moniali non
profuerunt, non tamen propterea omittenda sunt, quòd
enim vni est remedium, non propter hoc sequitur quòd
& alteri, ita è conuerso. Nam & incubos sæpè per ora-
tionem dominicam, aut aquæ asperisionem, vel etiam
per Angelicam salutationem fuisse repulsos historia
tradunt. Refert enim Cesarius in dialogo suo, quòd Sa-
cerdos quidam, postquam se suspenderit, eius concubina
Monasterium intrauit, & per incubum ad luxuriam
procata est, quem tamen per crucis cõsignationem re-
pulsit, & per aquæ benedictæ asperisionem, licet statim
postea redijt. Quando autem Angelicam salutationem
dicebat, longè velut sagitta disparuit & recessit, sed in-
terdum redijt, licet prope ea accedere non auderet. Item
de tertio, videlicet per sacramentalem confessionem, pa-
tet per eundem Cesarium, qui dicit, quòd concubina an-
tedicta cum iam confessa esset purè, in toto derelicta est
ab incubo. Refert idem, quòd quidam vir in Leodio pas-
sus incubum, confessione sacramentali finita totaliter
liberatus est. Ponit insuper exemplum de quadam in-
clusa, quam incubus nec oratione, nec confessione, nec
propter aliud spirituale exercitium reliquit, quin eius
lectum

lectum ascenderet, sed cum ad informationem cuiusdam viri religiosi diceret, benedicite, statim eam Dæmon reliquit. De quarto, videlicet loci mutatione dicit, qui prius quod filia cuiusdam Sacerdotis stuprata per incubum, & facta ex dolore frenetica, trans Rhenumq; elongata, ab incubo dimissa est, sed pater eius quia à loco filiam disposuerat, à Dæmone percussus est adeò ut moreretur in triduo. Fit & mentio de quadam, quæ per incubum crebrò in lecto vexata proprio, cum sociam deuotam petijt, ut loco vexata iaceret, quod cum fecisset, tota nocte quasdam inquietudines grauissimas sensit, & prior tunc quieta fuit. Notatur etiam à Guilbelmo quod incubi plus vexare videntur mulieres & puellas pulcbros crines habentes, ideò, quia aut curæ aut ornatui crinium incubunt huiusmodi, aut quia per crines viros inflammare cupiunt, vel consueuerunt, aut quia in eis inaniter gloriantur, aut quia diuina bonitas hoc permittit, ut terreantur mulieres viros inflammare per ea quæ etiam Dæmones inflammari viros volunt. De quinto, de excommunicatione, quæ fortassis aliquando eadem est exorcizationi patet in legenda sancti Bernardi. In Aquitania siquidem mulier ab incubo sex annis incredibili abusu libidinis vexata, audiuit sibi incubum ne ad virum sanctum qui venturus erat appropinquaret minantē: Nihil, inquit, tibi proficiet, sed eo recedente tuus crudelissimus ero persecutor, qui bacillus tuus amator extiti. Quæ cum virū sanctū Bernardum inuocaret, respondit: Tolle meum baculum, & lecto tuo insige, & faciat malignus quod potest. Hoc cum fecisset, Dæmon cameram feminae non est ausus intrare,

potud

378 *Remed. contra incub. & succubos,*

intrare, sed foris minabatur atrocissimè, se eam velle persequi, Bernardo recedente. Quo per feminam audito, conuocat populum beatus Bernb. omnes iubet accensas candelas gestare in manibus, & Dæmonem cum vniuerso qui aderat cætu excommunicauit, ac ne ad illam vel aliam deinceps accessum habeat, interdixit, & ita ab illa pœna liberata est. Verùm hîc notandum, quòd potestas clauium concessa Petro & suis successoribus, quia sonat super terram & tantùm pro viatorib. hæc iurisdictionis potestas sit, in remedium Ecclesiæ concessa, mirum videtur, quòd & aërea potestates hac iurisdictione valeant arceri. Sed dici potest, quòd quia personæ quæ à Dæmonib. molestantur, sunt sub iurisdictione Papæ & clauium, non mirum si per indirectum huiusmodi potestates vigore clauium arceantur, sicut etiam indirecta animas potestate clauium à pœnis purgatorij ignis absoluerè potest, non obstante, q̄ potestas illa sonat super terram, & animæ sunt sub terra. De potestate etiã clauium concessa capiti Ecclesiæ. s. vicario Christi, non est tutum disputare, cum notum sit, quòd tanta potestas sit à Christo Ecclesiæ & eius vicario concessa, quanta puro homini concedi à Deo potuit, & hoc in vtilitatem Ecclesiæ. Piè est estimari potest, q̄ si agritudines à Maleficis virtute Dæmonum inflictæ excommunicarentur cum ipsis Maleficis auctoribus, & Dæmonibus, non ad eò in ipsos infirmos scuirent, & quòd citius liberarentur adhibitis super hoc & alijs exorcismis licitis. In partibus deniq̄. Athisis vulgaris est narratio simul & alijs in locis, q̄ dum diuina permissione locustæ volantes cum ingenti multitudine vineas, frontes, segetes, & cuncta virètia

eradica-

eradicarent, huiusmodi excommunicatione & maledictione fugata, & subito interempta fuerunt. Quod si sanctis viris quis ascribere velit, & non virtuti clauium, sit in nomine domini, vnum pro certo habemus, quod nec virtus miraculorum, nec potestas clauium gratiam gratum facientem de necessitate præsupponunt, cum vtrunq; ex gratia gratis data procedat. Est & iterum notandum, quod vbi nullum prædictorum remediorum iuuat, quid tunc ad exorcismos licitos sit recurrendum, de quibus inferius patebit, quia etsi hi ad fugandum Dæmonis nequitiam non sufficient, tunc reuera talis vexatio Dæmonis est pœna pro peccatis satisfactoria, si prout oportet, sustineatur in charitate, sicut & alia mala huiusmodi quæ nos sic præmunt, vt ad Deum ire compellant. Verùm etiam aduertendum, quod interdum aliqua in veritate per incubum non vexantur, sed tantummodò ita se vexari putant, & hoc quod mulieribus præcipuè & non viris, cum aliàs sint timida, & mirabilium formarum in imaginatione susceptiua. Vnde & Guilhelmus sæpè allegatus: Multæ inquit, de apparitionibus fantastis, ex morbo melancholico in multis fiunt, & in mulieribus maximè, sicut apparet de visionibus & reuelationibus. Et causa in hoc est, vt norunt Medici ipsa, nam muliebrium animarum eò quod longè facillioris & lenioris impressionis sunt, quàm animæ viriles, & subdit ibidem: Scio me vidisse mulierem, quæ credebatur se agnosci ab intus à Diabolo, & talia incredibilia se sentire dicebat. Nunquam etiã imprægnatæ sibi videntur mulieres ab incubis, & intumescunt vehementer vètres earum, & cum partus tempus aduenerit, sola

emissione

emissione multae ventositatis detumescent. Nam de ouis formicarum in potu sumptis, incredibilem ventositatem & tumultum in ventre generant hominis. Similiter de granis catapucia, & de granis arboris, quae dicitur nigra pinus, consimilia in ventre fiunt. Facillimum est autem Dæmoni similia & maiora in ventribus hominum procurare. Hæc addita sunt, ut non facillimè quis mulierculis fidem adhibeat, sed illis duntaxat, super quibus experimenta fidem fecerunt, ut de illis qui didicerunt in proprijs lectis, vel alio modo condormientibus per experientiam talia vera esse.

REMEDIA PRO ILLIS QUI CIRCA
vitiu generatiuam maleficiuntur,

CAPIT. II.

LICET mulieres in maiori numero sint Malefica quàm viri, ut in prima parte operis ostensum est, tamen viri plus maleficiuntur, & huius ratio est, quia cum Deus plus permittit super actum Venereum, per quem primum peccatum diffunditur, quàm super alios actus humanos, sicut & per serpentes, quæ magis incantationibus deseruiunt quàm alia animalia, eò quòd Diaboli primum instrumentum, & cum actus ille Venereus plus & faciliori modo potest maleficiari in viro quàm in muliere, ideò & quidem patet quod tactum est. Nam cum quinque modis Dæmon in generatiuam potentiam potest agere, & illi modi citius procurantur in viris, Remedia adhibenda super vnumquemq; modum iuxta possibilitatem sunt deducenda, & ille qui vitiatus est in tali potentia, attendat